



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Exemplorum Libri Tres

Liber Tertius, Sive Exempla Divinae Irae, Per Opera Poenitentiae, Nobis  
Leniendae - Per Quadagesimam Anno M. DC. XLVIII. narrata

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1650**

§. 1. Culpa culpam non agnoscentium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48194)

CAPVT II.

ICILINI ET ALBERICI, DVORVM FRATRVM, EXEMPLO OSTENDITVR, QVAM IVSTVS SIT DEVS, QVANDO ETIAM GRAVISSIMAS MORTALIBVS GLADES IMMITTIT.

I.  
CVLPA CVL-  
PAM NON AG-  
NOCENTIVM.  
Carol. Sigon.  
An. 1259. &  
1300. lib. 19.  
de regno Ita-  
liae.

Ierem. 31. 29.

Narrat.

Prov. 13. 17.

II.  
ICILINI MISER-  
IA ET MORIS,

**M**ALA belli, ad quae auertenda, tam seueri exempli poenitentiam nos Itali docuerunt, vniuersim, aut in genere dumtaxat commemorauimus. Nunc ex eodem authore Carolo Sigonio vnus familiae cladem particularem audiemus, ex qua non solum, velut ex vngue leonem, licebit torius belli calamitatem aestimare; verum etiam manifeste perspicietur, tam necessariam nos habere causam ad poenitentiam confugiendi, quam iustam Deus habet, nos impoenitentes eiusmodi bellicis miserijs affligendi. Erunt enim multi, qui ardentem illam Italorum pietatem, ad diuinam iram restringendam, flagellaque auertenda vehementer laudent, sed non imitentur, eod quod se existiment, esse innocentes, & cum Iudaeis dicant: *Patres comederunt unam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt;* aut cum Poeta: *Quidquid committunt reges, plebuntur Achini.* Plurimi enim sunt, qui nihil belli poenae dignum putant a se commissum, & omnia in reges, principesque reijciunt. Quare non magnopere curant de poenitentia agenda, cum in se nihil reperiant poenitendum. Quod sane etiam dicere potuisset illa multitudo flagellantium se se Itolorum, (in qua vtrique multi innocentes, immo & pueri, & puellae fuerunt, quae nescierunt adhuc, quid sit peccare) sed non dixit; non dixerunt Niniuitae, non tres pueri in Babylonica fornace: quia optimi quique, praeter animi demissione, non se se solent excusare, more superbiorum, qui vbi que se iudicant esse innocentes, etiam cum maxime peccauerunt. *At iustus, prior est accusator sui.* Sed ad historiam veniamus.

Narrat igitur Carolus Sigonius, in illa turbidissima Italiae tempestate, praecipuae familiae fuisse duos fratres *Icilinum & Albericum a Romano*, (cuius gentis potentissima ea erat vis, ut facile impetivimus